

*Pius II. an die deutschen Kaufleute im ‚Fondaco dei Tedeschi‘ in Venedig. Er übersendet ihnen die Exkommunikationsbulle gegen Hz. Sigismund und befiehlt ihnen, diese zu beachten. Insbesondere sollen sie mit Hz. Sigismund künftig keinerlei Handel treiben und die Bulle weiter verbreiten.<sup>1)</sup>*

*Kopie (gleichzeitig):* BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus.* 221 p. 133.

*Em.: Jäger, Streit II 105.*

Pius etc. Dilectis filiis mercatoribus almanis in funico Veneciarum<sup>2)</sup> salutem etc. Execrabile sacrilegium per Sigismundum tunc Austrie ducem et eius satellites in personam dilecti filii nostri N. cardinalis sancti Petri ad vincula, episcopi Brixinensis, et in ipsam ecclesiam et eius bona commissum vobis et omnibus notorium iuris dispositione dampnatissimum nos, qui iusticiam omnibus rebus preferre tenemur, coegit ad procedendum contra delinquentes et demum ad declarandum ipsum Sigismundum et satellites eius excommunicatos, anathematizatos et perpetuo infames, bannitos, diffidatos et bonis suis atque commerciis omnibus privatos, prout in copia introclusa videbitis.<sup>3)</sup> Quam quidem declaracionis sententiam vobis harum serie litterarum insinuantes, requirimus vos et districte precipiendo mandamus, ut ipsum Sigismundum et eius satellites pro excommunicatis, bannitis et diffidatis habentes, eos, ut decet obedientes catholicos, vitetis, nulla commercia cum ipsis habeatis, quemadmodum hec in nostra declaracionis sententia prohibentur, et hoc ipsum sociis vestris ubicumque constitutis insinuetis, ne offendendo deum et sanctam catholicam ecclesiam in periculum anime, honoris et bonorum vestrorum incidatis, sed curate, ut decet viros prudentes et fideles, vos illibatos a coinquinacione ipsorum sacrilegorum custodire, in quo et debitum vestrum facietis et nobis admodum complacebitis. Datum, ut supra.<sup>4)</sup>

5 delinquentes: *em.* relinquentes.

<sup>1)</sup> Gleichlautende Schreiben dieser Art ergingen: 1) am 18. August 1460 an die Stadt Basel; Or. (Bulle an Hanfschnur): BASEL, *StA, Urk.* 1681; Druck: R. Thommen/R. Wackernagel (Hg.), *Urkundenbuch der Stadt Basel, Bd. VIII, Basel 1901, 97f. Nr. 140. Vgl. Köhn, Krieg 91.* — 2) Am 19. August 1460 an die Stadt Kempten; Or., Perg.: MÜNCHEN, *HStA, Reichsstadt Kempten, Fasz.* 73, *Urk.* 525 (beiliegend eine deutsche Übersetzung des 17. Jb.). Vgl. J.B. Hagenmüller, *Geschichte der Stadt und der gefürsteten Grafschaft Kempten von den ältesten Zeiten bis zu ihrer Vereinigung mit dem bayerischen Staat, Bd. I, Kempten 1840, 330; Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCXIV Nr. 420* — 3) Am 19. August 1460 an die Stadt Konstanz; Kopie: BOZEN, *StA, Codex Handlung (ebemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 425<sup>v</sup>-426<sup>r</sup>.*

<sup>2)</sup> Zu dieser Einrichtung s. im Überblick M. Häberlein, *Der ‚Fondaco dei Tedeschi‘ in Venedig und der Italienhandel oberdeutscher Kaufleute (ca. 1450-1650)*, in: H.-M. Körner/F. Schuller (Hg.), *Bayern und Italien. Kontinuität und Wandel ihrer traditionellen Bindungen, Lindenberg im Allgäu 2010, 124-139.*

<sup>3)</sup> S.a. Nr. 6281.

<sup>4)</sup> Unmittelbar voraus gibt Nr. 6295 vom 15. August 1460.